XXIX. Jungemus illis simillima et peregrina aeque animalia; prinsque chamaeleonem peculiari volumine dignum existimatum Democrito, ac per singula membra desecratum, non sine magna voluptate nostra, cognitis proditisque mendaciis graecae (3) vanitatis. Similis et magnitudine est supra dicto crocodilo, spinae tantum acutiore curvatura, et caudae amplitudine distans. Nullum animal pavidius existimatur, et ideo versicolores esse mutationis, vis ejus maxima contra acipitrum genus. Detrahere enim supervolantem

Sylv. quo. 15
Bib. XXVIII

(3) Quum plenissimam haec vanitatis esse Plinius fateatur eoque consilio tantum referat, ut vel risu refellat, temere in eum virus acerbitatis suae vomuisse Gellium perspicuum est, quum hunc locum ita coarguit, X, 12: „Librum esse Democriti nobilissimi Philosophorum, de vi et natura chamaeleonis, eumque se legisse Plinius Secundus in Naturalis Historiae vicessimo octavo refert, multaque vana atque intolerabilia auribus deinde quasi a Democrito scripto tradit.„ Inter Democriti sane opera istud de chamaeleone a Laertio non censetur. Forte

ad se traditur, et volontarium praebere lacerandum caeteris animalibus. Caput ejus et guttur si roboreis lignis accendantur, imbrium et tonitruum concursus facere, Democritus narrat: item jecur in tegulis ustum. Reliqua ad venefica pertinentia quae dicit quamquam falsa existimantes, omittemus, praeterquam ubi irrisu coarguendum. Dextra oculo si viventi eruatur albugines oculorum cum lacte caprino tolli: lingua adalligata, periculo puerperii. Eumdem salutarem esse parturientibus, si sit domi: si vero inferatur, perniciosissimum. Linguam si viventi ademptam sit, ad judiciorum eventus pollere. Cor adversus quartanas illigatum nigra lana primae tonsurae. Pedem e prioribus dextrum, hyaenae pelle adalligatum sinistro brachio, contra latrocinia terroresque nocturnos pollere. Item dextram mamillam contra formidines, pavoresque. Sinistrum vero pedem torreri in furno cum herba, quae aeque chamaeleon vocatur, additoque unguento in pastillos algericos in ligneum vas conditos praestare, si credimus, ne cernatur ab aliis qui habeat.

Post Bolli Mendesii, ut in Auctorum Indice monuimus, verba, Democritus. Heard.